




RECITATIONVM  
IN ALMA LVDOVICIANA  
TAM  
ORDINARIARVM,  
QVAM  
EXTRAORDINARIARVM  
SEMESTRI AESTIVO  
A. R. S. CICIOCCCLXXIII.  
HABENDARVM  
ET  
D. XXVI APRILIS INCHOANDARVM  
SERIES.



—  
G I E S S A E,

litteris IO. IAC. BRAVNII acad; typogr;

ALMAE LVDOVICIANAE  
RECTOR  
D. CHRISTIAN. HARTM.  
SAMUEL GATZERT

ICTVS

CVM SENATV.

**Q**uot quantaeque difficultates atque molestiae docili solertia atque ardente litterarum amore a veteribus superatae fuerint, mirabundi saepe traditum legimus. Maxima pars terrarum per agranda, terra marique pericula subeunda, sudandum atque algendum, innumera ferenda atque facienda illis fuerunt, quae nostra aetate ingentem molliculorum iuuenum turbam omnino deterrenterent. Taurus philosophus apud Gellium (Liber. VI. noct. Attic VI. 10) hoc Euclidis exemplo adolescentes ad philosophiam gnauiter sectandam cohortatur: Tum Euclides (decreto nempe Atheniensum contra Megarenses facta) sub noctem, tunica longa muliebri induitus Megaris Athenas ad Socratem commeabat, rursusque sub lucem millia passuum amplius viginis eadem veste tectus redibat. At nunc, (idem Taurus inquit) videre est philosophos ultra currere, ut doceant! Verum enim vero hanc summarum Academiae nostrae felicitatem putamus, ut Vestor, Commilitones aestunatissimi, dicendi fervor cupiditati nostrae optimis studiis Vestris obsequendi acquisitis sit. Pergite igitur, ut Ciceronis verbis utamur, atque in ea studia, in quibus estis, incubite, ut & Vobis honori & amicis utilitati, & reipublicae emolumento esse possitis!

LECTIONES ORDINARIAE THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER.

Academiae Scior.

*Publice*, in historia ecclesiae tradenda, sicut hincque, felicitat ea, quae praecipio usui esse possunt nostris, qui monendi quoque sunt, ut notitiam historiae quae universalis dicatur, hue adferant; qua destituti, tacita pro fructu, metere solent. Priuatum, ea cum sit sci sacrae facies, ut hac aetate, si unquam, eius integrari propiscere oporteat; dogmata sacra non populari methodo, sed solidi, & ad exegesim sacri codicis perpetnam exacta, tradet. Turpe est enim futuro sacrorum doctori, sed optabile aduersariis, ultra popularem modulum baud eniti. Pari modo, volentibus dabit partem praetdicam, ne vaga quadam ac desultoria methodus, distinctam notitiam promtamque praxin removere. Publico scripto docbit, quam iniqua sit accusatio publica recentior, deesse in ecclesia nostra, doctrinas moralis institutionem, quas christiana sit.

D. IOHANNES GEORGIVS BECHTOLD

Lectiones in Theologiam dogmatico-polemicanam, moralem & pastoralem, nec non collegium examinatorium clauso semestri hiberno, divina annuente gratia, absolvit. Quos labores omnes, si Deo ita videbatur, de integro ordictur; additis lectionibus in difficiliora S. C. loca, adversariorum porissimum depravationibus obnoxia, exegeticis. Suam quoque in theologia symbolica, hermeneutica sacra, & arte homiletica operam quaerentibus offert.

LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER

Hora consueta XI-XII. lectiones suas dogmaticas, Danouii Compendium explicaturus, iterabit. Hora vero, quam Commilitonibus suo tempore indicabit, Theologiae moralis praecincta ad ductum Lessii tradet. Nec iis deerit qui Antithesin ad Milleri Compendium Theologiae polemicae exponendum optauerint.

D. CAROLVS FRIDERICVS BAHRDT

Scholas homiletico practicas, nec non cursorias in Codicem hebraicum & graecum continuabit, praeteraque linguae arabicae fundamenta tradet, ac historiam ecclesiae Non. Test. ad duum compendii sui enarrabit.

ACROASES IVRIDICAE

D. IO. CHRISTOPHORVS KOCH

Hor. IX-X & XI-XII. Pandectas; hor. X-XI. Ius criminale & hor. II-III. Ius canonum & ecclesiasticum Protestantium tam publicum quam priuatum docebit.



## D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT.

*Hora VIII - IX. Ius feudale duce Boehmero hor. X - XI. & XI - XII. Ius Germanicum priuatum & publicum cum iure priuato Principum ad Selchouium traderet, a meridie deinde scholis practicis artique Diplomaticae vacaturus.*

## D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER.

Viam ad iuris scientiam paelectionibus, quas priuatas vocant, praecipit sequentibus: Hora X - XII. historiam iuris vniuersi, filium Selchouii fecuturus; priscum ius Romanorum hora XI - XII. exponet, & summa capita auditoribus calamo excipienda tradet. Principiis iuris Iustinianei explicandis hora II - III. destinata. Heinocci autem libello in hanc rem veterur. Qui fata iurisprudentiae & Iureconsultorum, librorumque ad artem nostram spectantium notitiam addiscere cupiant, his hora III - IV. *Nerrelbladro* ducente satisfacere studebit. Publicis examinandi exercitationibus vacare hora VIII - IX. perget.

## HELVICVS BERNHARDVS IAVP,

*Priuarum, hora II - III. ad Pütteri institutiones iuris publici commentabitur, ea, quae obseruatu deprehendet digniora, auditoribus in calamus dictaturus; hora III - IV. historiam imperii, ex quarta Pütteriani libelli editione, enarrabit; ad processum quoque imperii selectiori commentitorum numero denuo hora commoda proponendum paratus. Publice pleniorem historiae imperii nouissimae, initio a Leopoldo facto, expositionem volentibus offert. Alia desiderantibus non decrit.*

## INSTITUTIONES MEDICAE

### D. IOAN. WILHELMVS BAVMER,

*Med. Prof. primar. & Ordinis sui p. t. Decanus.*

*Hor. VIII. in A. C. Celsi libros VII. atque VIII. de Medicina commentabitur, & sic paelections suas philologico-medicas in philiatris utilissimum hunc auctorem ad finem perducet. Hor. X. Docimias ad sua paecepta tradet, coniunctis simul processibus, quaevis metalla ex mineris suis rite excoquendi, & comixta separandi, rationem demonstrantibus. Hor. XI. *Præmonstratore b. m. Io. Zach. Platner* in arte medendi singulis morbis, doctrinas pathologico-therapeuticas de morbis chronicis proponet, easque casibus clinicis pro more illustrabit.*

### D. GEORGIVS LVDOVICVS ALEFELD

*P. P. O.*

*Hor. IX. mat. *Physiologiam* secundum ordinem institutionum Cel. LUDWIGII paeleget. Hor. II. pom. *Compendium aeris obstetriciae Friedianum* explicabit, & hor. III. *Splanchnogiam* tradet. Bis quoque in hebdomade hora auditoribus commoda aeris naturam ac indolem variis experimentis illustrabit.*

### FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

*Med. Prof. ord.*

*Hor. IX - X. Botanicam docebit & plantas, quae in horto academico altuntur, paeecente Linnaeo demonstrabit. Hor. XI - XII. illam Hygienes partem, quae de esculentis ex regno vegetabili desumptis agit, exponet.*

## RECITATIONES PHILOSOPHICAE

### ERNESTVS THOM,

*Prof. moral.*

*Philosophiam moralem & ciuilem Winckleri hora VIII. explicabit. Hora IX. ius naturae Wolfi rursus interpretabitur. In rebus rusticis hora I. tractandis Beckmannum, in disciplinis vero oeconomicis tradendis Dithmarum adhibebit.*

### ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathem. P. P. O. facultatis phil. b. a. Decanus.*

*Logicam h. VII. matutina, metaphysicam h. VIII., mathesin puram h. I. applicatam h. II. atque vel ius naturae vel physicam tempore auditoribus commodo docbit. Bibliothecam publicam horis consuetis aperiet.*

### FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

*Philosop. natural. Prof. ord.*

*Per instans semestre aestiuum Philosophiae naturalis dogmata potiora hor. VIII - IX. priuatum tradet. Lectionibus publicis hor. VII. - VIII. bis de hebdomade instituendis Historiam naturalem metallorum explicabit.*



## IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

*LL. Or. & Graec. P. P. O.*

**H**or. IX-X. epistolam Pauli ad Romanos vberioribus annotationibus illustrabit. hor. II-III. Grammaticam hebraicam firmioribus, quam vulgo quidem fieri solet, fundamentis superstruet -- scholas anglicanas pro more suo aperiet tam publicas quam priuatissimas; ad arabicas insuper vel syriacas paratissimus.

## D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID,

*Prof. Poeseos & Eloqu. P. O.*

**H**ora VIII-IX. fundamenta styli cultioris Heineccio ducce denuo tradet. Recitationum priuatarum haec argumenta proponit: Explicationem librorum sex priorum Aeneidis, enumerationem principum in omni genere poetarum, sicut Historiam litterariam Poeseos, praecepta Artis poeticae ex Marmontelio. Optio erit penes harum rerum studiosos. Denique, Historiae etiam Carbolicae lectiones praecente, Gatterero offert.

## ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL,

*Pb. & Hist. P. P. O.*

**P**ublice Historiam litterariam ad b. Heumannii conspectum reipublicae litt. Hor. VIII. priuatum Ius Naturae & Gentium secundum perill. Dariesii Institutiones Iurisprudentias vniuersalis Hor. X. Historiam vniuersalem ad ductum illust. Schloezeri Hor. III. Historiam regnorum rerumque publicarum Europae ex institutionibus b. Achenwallii tradet. Sint denique, qui in Historiae subsidium arti heraldicae, rei nummariae, vel inspicendiis & explicandis diplomatis operam nauare cupiant, eorum votis lubentissime satisfaciet.

## LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

### IO. CHRISTIANVS DIETZ,

*SS. Theol. Professor publ. extraord.*

**S**acri codicis oracula intellectu difficiliora enucleabit, iisque, ubi commode fieri poterit, dispositiones homileticas subnectet. Hermeneuticam sacram, ductu compendii a b. Baumgarten cum in finem elaborati, tradet, regulas dextre expositas exemplorum luce illustratus; in primis operam naturatus omnem, ut in applicanda explicandi notitia auditores proficiant. Praelectionibus Graccis in exponendo auctore Pelafgo, nec non cbraicis in compendium Grammat. Danzianae horas priuatissimas destinare perget. Collegium historiae ecclesiasticae N. T. desiderantibus aperiet.

## IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

*SS. Theol. P. P. Extr.*

**H**or. I-II. pomerid. labores doctiss. Seminarii Concionatorii sodalium, vi munera clementissime sibi demandati, moderabitur. Hor. VIII-IX. theologiae popularis partem priorem h. e. dogmaticam ex Compend. HEILMANNIANO tradet. Ius protestantium ecclesiasticum, desiderantibus Comimitonum satisfacturus, ex MOSHEMIO docebit.

## D. CHRISTOPHORVS LUDOVICVS NEBEL,

*Medicinae Professor publ. extraordinarius.*

**P**raeter Collegium priuatissimum, Chirurgicas suas praelectiones in Platneri Institutiones Chirurgiae rationalis sedulo continuabit, ita, ut suminorum huius artis magistrorum scripta, observationes nouissimas, optimeque excogitata instrumenta Comimitonibus suis cognita reddere, nulli operae & industriae parcat. Inprimis ipsis prodeste studebit, si in viuentibus & laetis operationem quandam peragendi occasio, sicuti haud raro accidit, oblata erit, praesentia eorum & adminiculo vtens. Artis obstetriciae theoriam ex Celeberrimi Georgii Guilielmi Steinii theoretischer Auleitung zur Geburtshilfe ordictur, & in hac quoque parte discendi cupidis non deerit, & si vota nostra implentur, in schola practica grauidis & parturientibus medicas adhibere manus, docebit.

**P**raeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciubus de luculenta equitandi, pugnandi gladio saltandiique palaestra, Gallice item & Italicae linguae scholis, per magistros carum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

